



Universitätsbibliothek Paderborn

**Floremundi Raemundi V. Cl. Olim Consiliarii Regis
Galliarvm Ex Calviniano Catholici Synopsis Omnia hujus
temporis Controversiarum tam inter Lutheranos,
Calvinistas quam alios plurimos. Sive Historia ...**

**Raemond, Florimond de
Coloniae Agrippinae, 1655**

V. Qua itidem repudiata, Catharinam Huardam sibi copulat, Cromuelo
prius sublato.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10880

IV. Iam advenereat tempus, quo Anna, Gulielmi Cliviæ Duci soror ex pacto cum certis Germaniæ Principibus inito, Henrico nubere debebat: quam etiam ob caussam magno splendore ac pompa in Angliam adducta, & triduo post ab Henrico Grenvicum deducta est. Hæ nuptiæ magnum videbantur allaturæ rebus Protestantium incrementum; Cromvelo earum actori, non mediocrem felicitatem, longe maximam vero utilitatem Duci Clivenſi, cuius hac ratione contra Imperatorem majores futuræ vires videbantur. Sed omnia in contrarium cesserunt, Deo ostendere nobis volente, ea qua humanis nixa consilii etiam stabilissima videntur, arenoso tamen fundamento superedificata esse. Nam & Protestantes à Cæfare debellati sunt, & Henrico ad partes Cæfarii transiente Gulielmus Cliviæ Dux Geldrenſi ac Iuliacensi amissis Principatibus, supplicem se Carolo sistere coactus est, & Comvelus denique iustas scelerum suorum pœnas tandem incurrit. Nunc tamen voluit Deus ad tempus Comvelum evehere, cuius ego honores, quos hoc procurato matrimonio cosequutus est, breviter recensabo. ut tanto major ac tristior agnoscatur eius calamitas & ruina. Idibus igitur Aprilis ipse ab Henrico Essexiæ Comes, simulque magnus Regni Camerarius creatur: filius autem eius Gregorius Baronis dignitate ornatur.

In quorum beneficiorum compensationem Comuelus rationem inicit, qua ex populi danno Regium fiscum locupletaret. Nam coactis comitiis publicis Londini, Comuelus censuit (nec, quamvis plurimi laderentur, quisquam refragari ausus est) uti estimatis omnium Angolorum bonis & possessionibus, Decima una, & quatuor Quinta decima Regi decernerentur; adeo, ut qui viginti aureis estimaretur, octo; qui vero centum, quadraginta; id est, plus quam tertiam bonorum omnium partem, Regio fisco penderet. Atque hoc ipsum eodem illo anno nondum plane elapsò factum est, quo Rex omnium Monasteriorum bona ac census in suam potestatem redegetat, fisco eius tanquam inexplibili quodam gurgite omnia absorbente Eisdem Comitiis decretum est, ut ordo sacrorum militum S. Ioannis, quos Rhonienſes vulgo appellebant, qui quasi propugnaculum quoddam sunt Christiani orbis, insuniversa Anglia omnino tolleretur, eorum proventibus omnibus in fiscum Regium redactis. Cromvelus, qui nihil jam posse existimaret fortunam & summam auctoritatem suam evertere, excæcatus magaitu-

dine sua, intolerabilem exercebat in omnes crudelitatem. Nam & Doctorem Vilsonum, & Episcopum Cieſtriensem, & Richardum Farmerum ditissimum civem Londinensem, in carcerem coniiciendos curavit: & Ioannem Novellum equitem auratum, delatum Regi ut suspectum, gladio feriti jussit: & plurima alia hujusmodi scelerâ perpetravit. Quin Legem quoque insuper tulit, ut si quis in posterum etiam absens atque indicta cauſa, laſe Majestatis damnaretur, non minus rite damnatus haberetur, quam si omnibus adhibitis legitimis formulis per duodecim virale judicium, ad quod cauſa criminales pertinent, condemnatus fuisset. Quam Legem quum adversus alios à se latram arbitraretur, contra se ipsum tulit, nam per eam est ipse postea & condemnatus & capite plexus.

V. Henricus, quem libidines suæ defatigabant verius, quam exsatiant tædio Annæ affici, & conjugium eius fastidire cœpit. Cujus rei cauſam suscitauit, vel quod, quum oratores suos ad conventum Smalcaldicum legasset, ut Anglicanam Religionem, suumque Schisma & Evangelicum Primatum, Protestantibus Principibus probaret, illud neutiquam obtinere potuerit, illis hæc omnia tanquam hæretica detestantibus: Vel, quod quum Carolus V. Cæſar cum Galliarum Rege federe perculso, in Belgium jam salvus pervenisset, & Ducem Clivensem in magnas angustias conjectisset, Henricus de incunda iterum cum Carolo amicitia cooperit cogitare. Ad quas cauſas hæc quoque accessit, quod Anna Clivenſis quum Germana esset, nec Anglicanam linguam aut consuetudinem posset, non potuit Henrici animum, deditum luxui & voluptatibus, oblectare, aut in officio continere. Itaque in puellam quandam, cui nomen Catharinæ Havardæ fuit, quomodo Annam à se disiungeret, deliberavit.

Interea Saxonæ Dux, & Hassia Landgravius, aliisque nonnulli Germaniæ Principes, arma in Cæfarem sumturi, Henricum sollicitarunt, ut eidem federi, quemadmodum se facturum primo conventu Smalcaldico promiserat, subscriberet. Henrieus, qui postea mutatis nonnihil rebus, Cæfari fidem dederat, se fedeli illi renunciaturum, ne fidem violaret, aut de novo in se Cæfari iram concitaret, negavit Germanis quod postulabant. At Cromvelus, cuius ministerio cuncta gerebantur, quod propter societatem hæresis Germanis gratificari cuperet, nec ignoraret Henricum sibi à Cæfare timere, & moleste

non

non laturum, si Cæsar bello Germanico detine-
retur, illo inscio, statuit ipsius nomine subscri-
bere. Non desunt auctores, qui affirmant, Crom-
velum hæc Regis iussu fecisse, idque ut satisficeret
Principibus Germanis, nec Henricus jusjurandum
Imperatori datum nimis apercè violaret. Certe
Cromvelus, quem Henricus propter Annam
Clivensem, odio habebat, hoc facto impru-
dens incidit in laqueos, quos aliis tendebat.
Imperator enim re intellecta, de non servata fide,
& federe cum hostibus suis percusso, cum Hen-
rico expostrulavit. Henrico, sive quod conscius
non esset, sive quod hoc per Comvelum fecisset,
nihil sibi ea de re confitare, interposito jure juran-
do, protestante: Cæsar federis exemplum ad Re-
gem misit. Quod ubi Cromveli manu subsigna-
tum didicit, culpam à se amolitus, in illius ma-
litiam conjectit, affirmans id à Cromvelo & incon-
sulto se, & in ipsis esse factum. Quam ob caussam
quum Cæsar aliis literis Cromveli perfidiam a-
pud Regem gravissimè accusasset, & ut pœnas
scelere dignas daret postulasset: Rex occasione à
Cromvelo primum, deinde minore negocio ab
Anna Cliveni eadem opera sese expediendi læ-
rus, Cromvelum, quem blandissimo vultu exce-
perat, interea interitum ei machinas, jussit posteru-
lue in Eboracensi palatio adesse, habere enim se
non parvi momenti negotia consultanda. Venit
Cromvelus magna pompa latus, & insigni clien-
tum stipatus multitudine. Ingressus Senatum ubi
concedisset, & sermonem nonnullis de rebus ex-
orsus fuisset: Thomas Hauardus Dux Norfol-
cie magnus Regni Mariscalcus, & Catharinæ
Hauardæ, quam Rex erat duxurus, avunculus
(ut appareret, hæc omnia Annæ odio, & ut Rex
Hauarda sua potiretur, gesta fuisse) Cromveli
sermonem interrumpens, De his (inquit) Crom-
vele, videbitur alias: nunc autem de aliis rebus
agendum est, respondendumque tibi coram Rege de
criminibus quorum incusaris, ut qui iniquitate tua
& proditione hanc fore Rem publicam perdidisti. Ea-
que ego de causate Regis nomine comprehendo, jubeo-
que ut me sequaris. Simulque pro more, virgula quam
manu tenebat, Cromvelum Dux tetigit. Ille adeo
hoc casu obstupuit, ut vix auribus oculisq; suis, re-
ita se habere, crederet. Quo stupore ligata lingua,
tanquam inopinato ictu percussus, nec quid diceret,
nec quid faceret, in promptu habebat, sed necessi-
tate compellente, Ducem egredientem subsequen-
tus est. Dux autem inspectante universa multitu-

dine, quam talis eventus non minor admiratio-
quam gaudium capiebar, eum militum præfecto
captivum tradidit, ut in arcem duceret. Atq; hunc
summus ille rerum omnium rector ac moderator
Deus felicitatis Comveli voluit esse finem: qui, ut
pœnarum suppliciorumque tempus cuique assig-
nat, hac quidem vice in miserum Comvelum ju-
stam iram suam effudit, post mensem tertium non-
dum elapsum, ex quo ad summam dignitatē Hen-
ricus cum evexerat, hoc est, eo tempore, quo hu-
manum judicium, cui ad providentia divina arca-
na non datur penetrare, nihil minus, quam hunc
fore eius exitum cogitasset.

Actor, qui fuit Rex ipse Henricus, volebat ut
secundum legem, qua paulo ante ipsi ergaverat,
absens atque indicta causa condemnaretur, at-
que ita eodem, quem in alios acuerat, ipse gla-
dio periret Convictus igitur criminum, hereticos,
perduellionis, felonias, quam vocant (cujus ge-
neris sunt furta, homicidia & similia) ac demum
peculatus seu repetundarum, pronunciata sen-
tentia, publice suppicio afficitur, & una cum ip-
so crematur Gualterus Baro Hungerfordius, de
scelere quodam infando condemnatus. Bona ve-
ro omnia, quæ ad Cromvelum pertinebant, sta-
tum publice sub hasta venierunt. Occiso Crom-
velo Rex misit evestigio qui nucircarent uxori An-
nae, non expedire multis de causis, ut diutius matrimo-
nio conjungerentur. Et quanquam Majestati sua non
debet legitima rationes, ob quas severius suo iure cū
illigatore posset, maxime quod heresi depravata sci-
ret; tamen in eorum gratiam, è quorum familia ori-
unda esset, quam posset, benignissime se eam dimis-
surum, & cupere ut à matrimonio ipsa discedat. Anna
cognito Regis morbo, q'um amissio, quod habue-
rat præsidio, non jam disceptandi caussam suam ad-
esse tempus probè scire, morem gerei constituit,
Sed ut prætextum ignominiae suæ haberet, & fini-
sterius fulsicandi causas præcideret, in Senatu ul-
tro fastu est, se ante nuptias Henrici cùm alio quo-
dam clanculum contraxisse: quod falsissimum ta-
men fuisse proditur. Audita Annæ confessione,
Comitorum auctoritate divortium interpositum
est inter Henricum & Annam post sex menses quā
ducta fuerat duxitque octavo deinde die Henricus
quintam uxorem Catharinam Hauardam: ex qui-
quis quinque uxoribus duæ Catharinæ fuerunt, &
totidem Annæ, omnes ferè pares calamitate, &
una præterea Java Seimera.

VI. Hoc.

